



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Simon Rauus Episcopus Pacten[sis].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

## Simoni Rauus Episcopus Paetensis.

**I**N grauissimo iudicio, Sanctissime Pater, in quo Orbis Christianus votis omnium à Te uno supremum exposcit oraculum de Beato Thomae de Villanova inter Diuos colendo, non mihi video suffragatorum modò, sed precatori etiam, ac testis accederemus sensi itenam ego ipse, ecum non ita pridem Valentia Beati Brasilis exultans venerarer, arcanum nescio quid adorandam, referens sanctitatem: illo mihi iam tum contestabantur aperte anathemata in Templis suspensa, deuotæ circum tabellæ recitantes prodigia, erogatæ etiam è Cœlo beneficentæ, insculpta cordibus fidelium pietas, mirificans Sanctum Domini, ac tandem Apostolici Antistiti simulachrum, in suis libris adhuc Divina docentis: quæ omnia tam rite explorata perspicio, ut adeò gratuler, Coepiscopi nostri posse iam tutò Sanctitatis Titulum, ei deferri suffragijs, qui sanctitatem Episcopatus Ordini intulit, copia meritorum: Non enim deficit vir de stirpe, & de Apostolorum familia Apostolica virtus; quam dum ipse docendo, & faciendo excoluit, vere Episcopus in vtroquè, maior ideo in Regno Cœlorum vocatus, æquum est, ut majori cultu laudem eius annunciet Ecclesia; quæ sapientiam, & eleemosynas eius enarrat. Post aurum enim non abiens, expeditius abiit post illud, quod per manus pauperum præmisit ad Cœlum, vbi in hereditate Domini moratur copiosæ sanctitatis hæres, quæ velut ex utero cum illo egressa, ita ab infantia crevit, & per omnem ætatem fide seruata cursum consummatæ, vt ubicumquè vita deficeret, corona Iustitiae non decesset, quam iure eum inter Santos mereri censco, fateorquè dignum, cui gloria fastis crescat, & aeternis nectatur adorea fertis.

## Octavius Roncionus Episcopus Ferentini.

**C**Vm inter innumeras Beati Thomæ de Villanova virtutes, tāquam minora sydera feruidissimus charitatis Sol in Christi pauperes refulerit; nil mirum, si inter Cœlites promissa æterni-